Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Capvt VII.

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

Tibi, Dico, Soli, Bonos, Omnes, Meos Esse
Ista Tota Stridet, Tanquam Axis.
In 3tia Figura sunt isti 10 inutiles.
Tibi Dico Soli Bonos, Omnes Meos, Esse
Stridet Valde Raro. Quæ voces facile intelligentur ex iis, quæ Fon. l. 3 c. 8. et l. 6. c. 14. docet: ~~Nomi~~ n. singulæ dictiones tantum duas syllabas et vocales, non tres quemadmodum modi utiles, ut intelligatur nullam conclusionem ex iis in forma colligi posse. Deinde A significat ~~Vlem~~ affirmativam, E negativam, I particularem affirmativam, O negativam particularem.

CAPUT. VII.

Documenta quædam, trium figurarum Syllogismis communia.

Primum est, ex duabus particularibus tum affirmativis, tum negativis nil in forma concluditur, ut patet ex 4 modis in omni figura, inutilibus. Tibi, dico, Soli, bonos etc. huic adiungi potest etiam ex 2 negativis nunquam quidquam concludi. Quia de causa hi 3, in omni figura inutiles sunt, Omnes, meos, esse, ut etiam docet Fon. c. 18. reliqui n. inutiles modi, singularum figurarum ex specialibus reliquis regulis pendent quas supra. c. 4. tradidimus et eisdem Fon. c. 19 explicat.

1. et. 2dum documentum hoc disticho comprehenduntur. Ex puris particularibus sequitur nil atque negativis.

In oibus figuris dantur duo indirecti modi.

Secundum dominetur, in oibus figuris dantur 2 modi indirecta conclusione, inferentes minus extremum de maiore quorum alter ex maiori universali affirmativa et minore universale negativa infert conclusionem negativam ac particularem, et in 1. fig. vocatur Fapesmo. Alter vero ex maiore particulari affirmativa et minori universali negativa etiam infert particularem conclusionem negativam, et dr Frisesom. Hos indirectos in 2da et 3tia fig. admittunt, priorem in 2da, vocat Faresmo. posteriore Frisemo . . in 3tia vero priorem dicunt Fapemo, posteriore Firesmo, et etiam oes ostensive reduci possunt ad Ferio, servatis ijs conditionibus quas consonantes in ijs nichil significant iuxta doctrinam Con. c. 26. Hanc Arlis doctrinam nos cum Con. ita amplectimur, ut in eode .c. 12. et. 13. in 1 figura admittamus duos predictos modos indirectos tamquam utiles et ab oibus alijs syllis diversos. At in alys duabus figuris dicimus eos tm apparere ee diversos et indirectos re ipso autem directos ee. Nam Faresmo sine conclusione sumptum per solis praemissis ut Arles solet non differt a Cesare, cuius alijs praemissae trasposuerunt ex quo consequitur aeque bene posset concludi

Vniversalis qua particularis negas. Secundo quem di-
cunt Frisesmo non aliter differt a Festino quam quod
maior 2do loco ponitur, minor in primo. ac simile
quod accidit in 3tia figura ut consideranti patebit.
Hanc vero sententiam ideo sequimur tum quia ei habemus per
totum fere annum assueti sumus, tum quia facilis et
vera est, tum quia gravissimi plerique dialectici post
Boetium, et S. Th. et Petrum Hisp. parum eam sequun-
tur: tum quia licet in singulis figuris dari entur veri
sylli indirecti, tamen non sunt varij nec magnopere
utiles; quare de iis eos Aristoteles in hoc capite obiter
tantum insinuavit neque cum alijs syllis singularum figura-
rum commemoravit: tum denique quia maioris et minoris
extremi definitiones quibus sylli indirecti nituntur, in 2da
ac 3tia figura non videntur commode desumi pos-
se a medio termino quod cum utrumque extremum vel a-
qualiter prædicatur de illo ut fit in 2da fig. vel
illi æqualiter subijcitur ut in 3tia contingit.
Probabilius igitur est quod Fon. docet, in his figuris
maius extremum esse quod in conclusione prædicatur
minus autem quod in ea subijcitur.
Si quis roget primo quomodo intelligendum id quod Aristoteles
c. 5. de 2da figura dicit, maius extremum esse id
quod prope medium, minus quod longe a medio situm esset
in c. 6. de 3. figura contrario modo, definit ma-

is extremum esse quod longius abest a medio, minus quod propius accedit. Adeo Aristotelem in tradenda logica habuisse rationem sui temporis quo philosophiae studiosi, antequam logicae et reliquae philosophiae operam dabant mathematicis disciplinis imbuebantur quas ut etiam hodie per figuras discebant ut igitur huic docendi rationi assueti venirent ad logicam ideo Aristoteles etiam syllogismorum doctrinam per figuras docuit, et oculis quasi subiecit quas figuras ita formavit ut in prima medius terminus in medio duorum extremorum positus oculis conspiceretur. In secunda, primo quodam loco extra utrumque extremum quod esset propius maius et remotius a minore: In tertia contra ultimo loco, propius extremum minus et paulo remotius a maiore quo vero modo istas figuras depinxerit, interpretes eius non videntur satis assequi, quare tanto libentius certam et facilem sententiam sequimur qua si cui displicat dicere poterit in reliquis figuris maius extremum esse quod in prima subiecto praedicatur, minus autem quod in secunda quam quidem etiam sententiam probabilem esse fateor, et ego vel Aristotelis fuisse vel proxime ad eam accedere opinor. Si deinde quaeras, quid de reliquis tribus

indirectis. p[ri]ma fig. modis, Baralip. Celantes, Dabitis
sentiat Arist.; Respondeo ipsum non distinguisse illos a caete
ris prima figurae syllis, ratio est quia Arist. in his libris
syllum tantum per premissis accepit in quibus isti 3 indirecti
modi non discreparent a Barbara Celarent, Darij
Quando in 2do Prio. tractavit per syllum per
fectum docuit multos esse syllos in singulis figuris
qui plures conclusiones colligerent, sed unam primario et
immediate reliquas vero secundario et per illam. Nam
syllus inferens conclusionem universalem affirmativam ut
Barbara infert mediante hac etiam 2 parti
culares affirmativas: unam ei subalternatam, et
alteram eius conversam, ratione conclusionem est v.g. Omnem
hominem esse sensibilem; mediate et consequenter conclu
ditur etiam aliquem hominem esse sensibilem, et denique
conversim atque indirecte aliquod sensibile esse hominem:
similiter omnis syllus colligens universalem negativam
ut celarent etc. colligit simul etiam 2 particula
res negativas eis subalternatas, sed has 3 secun
dario et consequenter, et unicam primario. Deinde
syllus colligens particularem affirmativam ut Darij
Datisi secundario, et eo consequente etiam colligit
eius conversam. Denique sylli colligentes particula
rem neg. ut Ferio, Festino etc. nullam aliam vim ac

potestatē, tollit nisi aliqs p contrapositione velit aliquā quersa infinitam concludere.

Ex qbg sequitur eos q posteriorem opinionem nisi-ntam sequuti maig extremum 2dæ et 3tiæ figuræ dicunt ēē quod situ et collocatione propositionum alterū antecedit, vel negare debere predictos 3 syllogismorum indirectorum modos. 1mæ figuræ, vel etiam in alijs duabg figuris admittere plures indirectos debere, oēs. n. sylli pbantes Conclusionē vtem negativā vel particularem affirmativā, non ming inferre possunt conclusionē indirectā quā directā, sicq̄ istiusmodi conclusiones iuxta Fon. l. 3. 68 gnarti possunt: at in nrā sntia hos tres ex coiori dictorum consensu possumg etiā p indirectis habere, ita ut in alijs figuris nullos admittere cogamur: ut ex dictis patet.

Indefinitas enunciationes particularibus habendas sunt.

Tertium documentum ē, Enunciaoēs indefinitas habendas ēē p particularibg, consideratā in verborum modo qz significandi ut etiam docet Fon. l. 3. c. 5. quamvis ratiōe mia significata sepē habeant p vniversalibg: affirmativis qdē, si naturā sint, negativis u. si impossibiles.

Quartum, Licet Darij et Ferio sint modi pfecti, dicimus tū deductione ad impossibile pbari posse

et reduci ad ſyllos 2da Figura, ac deinde gſe qntra oſtenſiua pbaoē ad celarent; ex quo denum infert Ariſtoteles oēs oio ſyllos, ultimatē tndm ad Barbara et Celarent revocati. Quā doctrinā repetit c. 45. in quo addit, oēs ſyllos exceptis ijs q incipiunt a littera B. mutuo ad ſe inuicē p conuerſionē alicuig pramiſſæ reduci poſſe. Ita ut. 1. Figura, ad. 2. poſteriores, et. 2da ad 1mam et 3tiam. 3tia u. ad 2. priores reduci poſſit. Ab huig et priorū capitum doctrina nō differunt q idem Artes docet infra a. c. 23. uſq ad 27. incluſiuē. Tantum notetur ex. c. 24. Quintum documentum huc ſpectans; nimirum quod Concluſiō in Quantitate et Qualitate ſequatur deteriorem et ignobiliorem ppoem. Nam ſi uel una ppoum particularis ē, aut Negatiua etiā gcluſiōnem particularem et negatiuā eē oportet, ut Fon. c. 18. docet. In Qualitate et Quantitate inqt; nam in Veritate et in modo ſeg ſe res hbnt: cum ex falſo et Impoſſibili, poſſit uera et naria gcluſiō inferri quēadmodum Arte docet idē Fon. c. 5. l. 6. q in. c. 20. his Ariſtotelicis documentis addit alia duo ex recentiorib non minus utilia, et ſcitu naria.

Hoc quintum documentum hoc disticho complectimur. Si qua negata præit ſequitur concluſa negata. Si qua præit partis ſequitur concluſio partis.